



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 3. Præsentiaē divinæ memoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Modica fidei, quare dubitasti? Matth. 14. 31. Bene arguuntur, qui praesente Christo timebant: cum utique, qui ei adhereret, perire non possit. S. Ambrosius in Luc. 8.

Ecce ego vobiscum sum. Matth. 28. 20. Si- nē causā dubium, sinē ratione timor, in no- bis est; si ipse nobiscum, & cum singulis no- strum. Quid trepidamus in utroque certami- ne; si nobiscum est, qui triumphavit de mor- te. Quare cor nostrum phantasias patitur, & pavet, ubi deficit pavor; si pollicitationem illam firmam tenemus, quod semper sit nobiscum; & volumus sub ipsius militare vexillis. Sim. Cass. l. 14. hic.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. 43. Qui cum Christo est, timere non poterit. Adam cum Christo non fuit, quando deceptus est: nam, si cum Christo fuisset; in eius praecep- tione mansisset; nec perire utiq; potuisset. Vis sci- re, quare cum Christo Adam non erat? dixit ei Dominus: *Adam ubi es?* quem utique quasi absentem requirit. S. Ambrosius in Ps. 39.

Ecce video caelos apertos, & Filium ho- minis stantem à dextris Dei. Act. 7. 55. Eu- sebius Emis. hom. de S. Steph. incunctanter of- fert sanguinem suum, qui praeculis habet Re- gem suum, simul & bravium suum. Vidit ite- rem: quia stare, inquit Lyran. proprium est adju- vantis in praelio.

Solus non est, cui Christus in fuga comes est: solus non est, qui templum Dei servans, ubicunque fuerit, sinē Deo non est. S. Cyprian. ep. 56.

Aquila in solem intenta. Lem. *Sic vivam,* Osee 6. 3. *vivemus in conspectu ejus.* Pici-

nelli. Aquila. Lem. *Alit aspectus.* Levit. 26. 9. *respiciam vos, & crescere faciam.* Id.

§. III.

Præsentia Dei memoria.

Ambulavit Henoch cum Deo. Gen. 5. 22. q. d. ita sancte vixit, quasi Deum semper praeculis haberet. Sept. vertunt: *placuit Deo.* Cornelius hic.

Nec cum Deo ambulavit. Gen. 6. 9. Non potuit errare: bonum directorem habuit. S. Thom. Aqu. hic.

Non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Ps. 53. 5. Ille proponit Deum ante conspectum suum, qui credit, cum ubique esse praesentem; & facile agnoscere, quae voluntas mittitur humana complere. Cassiodorus hic.

Magnus in medio tui Sanctus Israel. Is. 12. 6. *Onus Babylonis.* Is. 13. 1. Cum dixisset propheta, adesse Deum in medio Israelis, sta- tum Babylonis excidium praedixit. Ut scias, nihil ita hostes nostros profligare, quam Dei in mente praesentiam. Oliva l. 4. Strom. Mag- nus &c.

Servus Dei nunquam debet, nec aliud, nec aliter, cogitare, loqui, & operari; quasi si Deum suum facie ad faciem semper videret. S. Bonavent. Stim. am. c. 12.

Sæpe hæc verba apud se repetat. Dominus adest; Dominus me videt. Blosius Instit. spir. c. 3.

PRÆSUMPTIO.

Vide tit. Misericordia Dei §. 16.

TITULUS XXXI. PRINCEPS.

§. I.

Vocantur Pastores.

D*Ornaverunt Pastores.* Nahum 3. 18. (principes, & duces) *tui rex Assur.* S. Hieron. semper diaboli studium est, vigilantes animas confopire.

Ego sum pastor bonus. Joan. 10. 11. *Pastor bonus.* Non dixit, honoratur, & colitur; sed *animam suam dat pro ovibus suis.* Hoc est principatus, hoc est pascendi scientia, sua negli- gere; & eorum, quos regit, curam gerere. Quod est enim medicus, hoc est princeps; vel potius plus, quam Medicus: Medicus enim arte salutem comparat; princeps autem propriis periculis. S. Chrysost. in Ps. 113.

Pasce agnos meos. Joan. 21. 15. Pascere in Scriptura significat regere; & principes vocan- tur Pastores. *Dominus regit me.* Ps. 22. 1. Hebr. *Dominus est Pastor meus.* Cornelius hic.

§. II.

Principes sunt Patres.

F*iliis Hemor.* &c. Gen. 33. 19. Nota: He- mor erat princeps Sichimorum: unde Si- chimitæ vocantur eius filii, id est, subditi: ve- ri enim principes suorum sunt Patres. Sic servi Naaman dominum suum vocant Patrem. 4. Reg. 5. 13. Cornelius hic.

Super Patres vestros. 1. Reg. 12. 15. id est, principes vestros: principes enim Pater patriæ, teste Aristotele l. 8. Eth. c. 11. Cornelius hic.

§. III.

Principum propria clementia.

A*udi nos Domine: Princeps Dei es apud nos.* Gen. 23. 6. Dicunt filii Heth ad Ab- rraham. Quid Abraham tam gloriosum titulum apud barbaros peperit? Gen. 21. 33. *Abraham plantavit nemus in Bersabee.* &c. Lipoman- nus: Abraham hortum plenum optimis fru- ctibus plantavit, & peregrinos suscepit hospiti- o; quibus gratis necessaria omnia suppedita- bat. Arcones in Is. 3. 6. Disc. 9.

Factus est principatus super humerum ejus. Is. 9. 6. Principatus, vel sceptrum, ge- statur humeris: ut significetur; principem de- bere esse quasi humerum populi; ut eum, ejusque onera, instar humeri ferat: sicut Atlas dicitur, humeris suis caelum sustentare. Hinc princeps Hebr. dicitur *Nasi*, id est, *portitor*, & *basulus* sui populi, ac Reip. Hinc Elifæus Elia acclamabat: *Pater mi! currus Israhel* &c. 4. Reg. 2. 12. Cornelius hic. Clementissimus princeps regnum suum super humerum gestat; piissimus